

XXXI.

Quinciensis Monasterii Lingonen. Diocesis praedia, caeteraque bona, Alberico Abbati & successoribus confirmantur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Alberico Abbati de Quincejo ejusque successoribus regulariter substituendis.....

Quanta cordi nostro letitia de vestra Congregationis religione laudabili generetur, ille profecto cognoscit, qui renum & cordium scrutator existit. Vos enim de Pontiniacensi Monasterio, utpote apum examina, exeuntes, longe lateque alvearia innumera coelesti manna repletis, & multorum stentium corda aqua salientis in vitam aeternam salutari doctrina imbuendo reficitis. Ea propter sacrum Collegium vestrum verae caritatis affectione diligimus; & Monasterium beatae Dei Genitricis, in quo divino vacatis servitio, Apostolicae Sedis suffragio communimus; statuentes, ut quaecumque bona, quaecumque possessiones in praesenti duodecima indictione iuste & canonice possidetis, quaecumque etiam in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, rationabiliter poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum & illibata permaneant; In quibus haec nominatim duximus exprimenda: locum ipsum videlicet de Quincejo, locum de Fontanis, locum de Baterio. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, praefatum Coenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subjaceat; Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae operationis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen.

Inter Instrumenta Ecclesiae Lingonen. edita. Sancti Martini Gall. Corist. To. IV. col. 164.

Monasterii hujus Monachi Pontiniacensis Canonici filii: Eorumdem laus.

Eorumdem bona confirmantur:

Et ab omni externa perturbatione libera declarantur:

Cum solitis clausulis.

Innocentii PP.

& S. R. E. Cardd. subscriptiones.

Dat. die 12. Octobris. Indictione XIII. Pontificatus Domini Innocentii PP. anno VI. * leg. XII. la.

Hinc prolata ab Innocentio sententia:

Confirmatio sententia

Sub solitis clausulis.

Innocentii PP. nonnullorum Episcoporum

& S. R. Ecl. Cardd. subscriptiones.

Dat. die 19. Junii anno Dom. 1135. Pont. an. vi.

invitavimus. Et quoniam eadem causa nobis, sicut diximus, plenius nota erat, hanc inter vos, & ipsos sententiam promulgavimus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus. Fratrum meorum Episcoporum & Cardinalium consilio, praecipio, ut quoties Canonici S. Alexandri in solemnitatibus, & exequiis mortuorum, Canonici S. Vincentii, sive in Ecclesia S. Vincentii, sive in aliis convenerint, Praepositus S. Alexandri teneat primum locum in sinistra parte chori: Cappellani Ecclesiarum S. Salvatoris, S. Agathae, S. Joannis, S. Gratae, S. Vigili, in Dominicis diebus & precipiis festivitatis veniant ad Ecclesiam S. Alexandri ad majores Missas: Criminosi de Parochia S. Alexandri, praesente Praeposito vel uno de Presb. ejusdem Ecclesiae poenitentiam suscipiant. Item statuimus, ut Presbyteri, qui jurant fidelitatem B. Vincentio, jurent & B. Alexandro. Praecipimus etiam, ut unus de Sacerdotibus S. Alexandri portet capsam cum reliquiis. In mutatione vero Ecclesiae, duo de Presbyteris S. Alexandri portent Arcam cum duobus de Presbyteris S. Vincentii. Ad Scrutinia, in Coena Domini, ad Baptismum, & in aliis Solemnitatibus, more solito conveniant. Cum Canonici S. Vincentii ad Ecclesiam S. Alexandri venerint, & in campanis pulsandis, & in aliis, sicut consuetudo est, honorifice suscipiantur; & totum chorum, sicut consueverunt, obtineant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat super hac nostra constitutione, B. Alexandri Pergamenis Ecclesiam de cetero perturbare, aut qualibet occasione eam infringere, vel mutare; sed omnia vobis imperpetuum integra conserventur, quemadmodum praesentis scripti sanctione instituta esse noscuntur. Si quis autem huic nostrae constitutioni, seu diffinitioni temerario ausu contraire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui periculum patiat, atque excommunicationi subjaceat. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ego Guillelmus Praenestinae Episcopus Episcopus. Ego Hubertus Pisanae Ecclesiae Archiepiscopus Episcopus. Ego Transmundus Signinus Episcopus Episcopus. Ego Theodovinus S. Rufinae Episcopus Episcopus. Ego Guido Tiburtinus Episcopus Episcopus. Ego Rodolphus Ortanus Episcopus Episcopus. Ego Gerardus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem Episcopus. Ego Anselmus Presbyter Cardinalis Episcopus. Ego Intifredus Presb. Card. tit. Vestinae Episcopus. Ego Lucas Presb. Card. tit. SS. Joannis & Pauli Episcopus. Ego Martinus Presb. Card. tit. S. Stephani Episcopus. Ego Guido indignus Presb. Episcopus. Ego Azo Presb. Card. tit. S. Anastasiae Episcopus. Ego Gregorius Presb. Card. tit. S. Priscae Episcopus. Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii & Bacchi Episcopus. Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum Episcopus. Ego Guido Card. Diac. S. Adriani Episcopus. Ego Boethius Diac. Card. S. Viti Episcopus. Ego Vassallus Diac. Card. S. Eustachii Episcopus. Ego Ubaldus Diac. Card. S. Mariae in Via lata Episcopus. Ego Chryfogonus Diac. Card. S. Mariae in Porticu Episcopus. Datum Pisae per manum Aymerici S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, XIII. Kal. Julii Indictione XIII. Incarnationis Dominicae anno MCXXXV. Pontif. vero D. Innocentii Papae II. anno VI.

Incarnationis Dominicae anno MCXXXV. Pontificatus Domini Innocentii Papae II. anno VI.

XXXII.

Ecclesia de Rochabovecort, a Willelmo Petragoricensi Episcopo Cluniacensi Monasterio donata, eidem confirmatur.

Ex Biblioth. Cluniac. edidit. Martinus Marrier col. 1401.

Exordium

Ecclesia de Rochabovecort Cluniac. confirmatur.

Cum decreto omnimode exemptionis a quacumque molestia, vi &c. Cum solitis clausulis.

Innocentii PP.

Bull. Rom. Tom. II.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro Cluni. Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Bonus & diligens paterfamilias gaudium magno gaudet, cum vineam suam locatam agricolis vigilantibus studio videt excoli, & tribulis ac sentibus pariter emundari. Cujus profecto gaudio letitia jucundior cumulatur, si eadem vinea propagatione ordinaria per multorum spatiorum dimensionem incipiat dilatari. Proportionali igitur ratione Deo credimus gratissimum esse, si, Deo dicati, Religio Cluniacensis Monasterii & diversae Ecclesiae exornet, atque plurimorum mentes disciplinis regularibus instruat, & fide, quae per dilectionem operatur, inflamet. Ea propter, dilecte in Domino fili Petre Abbas Cluniacensis, memores devotionis, quam erga Sedem Apostolicam cum commissa tibi Ecclesia semper habuisti, & honoris & servitii, quod nobis efficaciter fideliterque, maxime tempore schismatis, impendisti, Ecclesiam de Rochabovecort, laudantibus ejusdem clericis a Venerabili fratre nostro Willelmo, Petragoricensi Episcopo, Pontio Abbati antecessori tuo, & per eum Ecclesiae Cluni. canonice donatam, & a felici memoriae Papa Calixto antecessore nostro, sicut privilegium ejus testatur, solemniter confirmatam, tibi successoribusque tuis, non solum confirmamus, sed etiam confirmando auctoritate apostolica donamus; ut Ordo Cluni. ad laudem Dei, ad quam specialiter institutus est, & ad honorem sacrosanctae Romanae Ecclesiae, cui omnino devotus est, perpetuis temporibus ibi floreat: Statuentes, ut nulli hominum liceat eandem Ecclesiam, vel bona, quae imprentiarum legitime possidet, aut in futurum iustis modis, praesente Domino, poterit adipisci, temere perturbare, auferre, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Si qua igitur imposterum, ecclesiastica secularive persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultionis subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae operationis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

EGO INNOCENTIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.

Ego Guillelmus Praenestinae Episcopus Episcopus. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis SS. Sergii & Bacchi Episcopus.

Ego Guido Cardinalis Diaconus S. Adriani Episcopus. Ego Vassallus Diaconus Cardinalis S. Eustachii Episcopus.

Ego Ubaldus Diaconus Cardinalis S. Mariae in Via lata Episcopus.

Ego Anselmus Presbyter Cardinalis Episcopus. Ego Intifredus Cardinalis tit. Vestinae Episcopus.

Ego Lucas Presbyter Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli Episcopus.

Data Pisae per manum Aymerici sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Card. & Cancellarii, III. Idibus Martii Indictione XIV. Incarnationis Dominicae anno MCXXXVI. Pontificatus Domini Innocentii Papae II. anno VII.

Dat. die 13. Martii anno Dom. 1136. Pontif. Innoc. ann. VII.

XXXIII.

Ecclesia Montis-desiderii, Cluniacensi Monasterio donata a Guarino Ambianensi, & Simone Noviomensi Episcopis, eidem cum pertinentiis omnibus confirmatur.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro Cluniacensi Abbati ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Ex Biblioth. Cluniac. Martini Marrier col. 1402.

Exordium

Bonus & diligens paterfamilias gaudium magno gaudet, cum vineam suam locatam agricolis vigilantibus studio videt excoli, & tribulis ac sentibus pariter emundari. Cujus profecto gaudio letitia jucundior cumulatur, si eadem vinea propagatione ordinaria per multorum spatiorum dimensionem incipiat dilatari. Proportionali igitur ratione Deo credimus gratissimum esse, si, Deo dicati, Religio Cluniacensis Monasterii & diversae Ecclesiae exornet, atque plurimorum mentes regularibus disciplinis instruat, & fide, quae per dilectionem operatur, inflamet. Hoc profecto intuitu Montisdesiderii Ecclesiam, a venerabilibus fratribus nostris, Guarino Ambianensi, & Simone Novomiensi, Episcopis, Monasterio Cluniacensi canonice & devotè collatam, id ipsum quoque carissimo filio nostro Lodovico illustri & glorioso Francorum Rege, & Rainaldo Remensi Archiepiscopo, atque Radulpho de Petrona concedentibus: & pro ejus confirmatione Sedem Apostolicam suppliciter exorantibus, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in perpetuum tibi tuisque successoribus confirmamus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat, eandem Ecclesiam, vel bona, quae imprentiarum legitime possidet, aut in futurum iustis modis, praesente Domino, poterit adipisci, temere perturbare, auferre, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Si qua igitur imposterum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in

Ecclesia Montisdesiderii a quibus donata.

Accedente quoque consensu Ludovici Regis Francorum.

Cluniacensis confirmatur: Cum decreto exemptionis a quacumque molestia.

Solite clausula.

extremo examine districtè ultioni subiaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ operationis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Inno. PP. EGO INNOCENTIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus is.



de S. R. Eccl. Card. subscriptiones.

Ego Guillelmus Prænestinus Episcopus is. Ego Anselmus Presbyter Cardinalis subscripsi. Ego Intifredus Presbyter Cardinalis tit. S. Vestinæ is. Ego Lucas Presbyter Cardinalis tituli sanctorum Johannis & Pauli subscripsi. Ego Guido indignus Sacerdos is. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sanctorum Sergii & Bacchi subscripsi. Ego Guido Cardinalis Diaconus S. Adriani is. Ego Vassallus Diaconus Cardinalis sancti Eustachii is. Ego Ubaldus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Via lata is.

Dat. die 13 Martii anno Domini 1136. Pontificatus anno VII.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Cancellarii, III. Idus Martii, Indictione XIV. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXVI. Pontificatus Domini Innocentii Papæ II. anno VII.

XXXIV.

Ecclesia S. Joannis in Viculo Canonicis Placentinæ Matricis Ecclesiæ adjudicatur sub censu annuo Sedi Apostolicæ persolvendo.

Ex Lib. Privileg. Ecclesiæ Placent. editi Campituli Tom. I. pag. 536.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei dilecto filio Joanni, Ecclesiæ beatæ Mariæ Placentinæ Præposito, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

EX administratione officii nobis a Deo injuncti, compellimur ad Ecclesiarum Dei statum in suæ incolumitatis robore conservandum diligenter intendere: & ne in locis, in quibus honestas, & Religio florere consueverant, occasione aliqua omnino depereant, sollicitè providere. Ecclesia siquidem sancti Joannis de Viculo, infra Placentini Episcopatus terminos sita, quæ specialiter ad jus beati Petri, & dominium pertinet, peccatis exigentibus, valde attrita est, & tam in temporalibus, quam in spiritualibus maximum subitit detrimentum. Tu verò, dilecte in Domino fili Joannes Præposite, ad Sedem Apostolicam veniens, ejusdem Ecclesiæ concessionem a nobis humiliter postulasti. Et nos igitur de religione tua, & ferventi sollicitudinis studio habentes in Christo fiduciam, Ecclesiam ipsam tibi, tuisque successoribus, & per vos Ecclesiæ Placentinæ ad meliorationem committimus, ut videlicet bona, & possessiones ejusdem loci, quæ distractæ sunt, vestro recuperentur studio, & habite conserventur, & a regularium conventu ibi cotidie honestus famulatus Domino impendatur. Si quando verò, quod non optamus, a gratia Sedis Apostolicæ excideritis: aut, quod vobis injunctum est, de eadem Ecclesia non observaveritis, locus ipse cum omnibus possessionibus suis tam mobilibus, quam immobilibus, vel se moventibus, ad jus & dominium, ac liberam facultatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ absque molestia revertatur. Ad inditium autem, quod præfatus locus juris sit beati Petri, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, dimidiam unciam auri singulis annis Lateranensi Palatio persolveris. Nulli ergo omnino hominum fas sit, super hoc de cætero infestare, aut aliquod vobis gravamen inferre. Si quis igitur ausu temerario hoc attemptare præsumperit, indignationem beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostram, se nov erit incursum. Amen. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholicæ Eccl. Episcopus is.

Ecclesiam S. Joannis de Viculo, iacturam in bonis passam.

Canonicis Cathedralis Ecclesiæ donat.

Ut eam restituerent, bonaque eadem recuperent;

Sub clausula tamen, ut si Canonici illi dem ab obedientia Sedis Apost. detulerint, illa Ecclesia ad jus & dominium ejusdem Sedis revertatur; Cui dimidia auri unciæ Canonici singulis annis persolvere censeantur.

Solita clausula Innocentii PP.

de S. R. E. Card. subscriptiones.

nobis humiliter postulasti. Et nos igitur de religione tua, & ferventi sollicitudinis studio habentes in Christo fiduciam, Ecclesiam ipsam tibi, tuisque successoribus, & per vos Ecclesiæ Placentinæ ad meliorationem committimus, ut videlicet bona, & possessiones ejusdem loci, quæ distractæ sunt, vestro recuperentur studio, & habite conserventur, & a regularium conventu ibi cotidie honestus famulatus Domino impendatur. Si quando verò, quod non optamus, a gratia Sedis Apostolicæ excideritis: aut, quod vobis injunctum est, de eadem Ecclesia non observaveritis, locus ipse cum omnibus possessionibus suis tam mobilibus, quam immobilibus, vel se moventibus, ad jus & dominium, ac liberam facultatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ absque molestia revertatur. Ad inditium autem, quod præfatus locus juris sit beati Petri, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, dimidiam unciam auri singulis annis Lateranensi Palatio persolveris. Nulli ergo omnino hominum fas sit, super hoc de cætero infestare, aut aliquod vobis gravamen inferre. Si quis igitur ausu temerario hoc attemptare præsumperit, indignationem beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostram, se nov erit incursum. Amen. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholicæ Eccl. Episcopus is.

Ego Guillelmus Prænestinus Episcopus is. Ego Gerardus Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem is. Ego Anselmus Presb. Card. Tit. S. Laurentii in Lucina is. Ego Lucas Presb. Card. Tit. SS. Jo. & Pauli is. Ego Martynus Presbyter Cardinalis Tit. sancti Stephani in Cælio monte is. Ego Azo Presbyter Cardinalis Tituli Sanctæ Anastasiæ is. Ego Gregorius Diacon. Card. Sanctorum Sergii & Bacchi is. Ego Stephanus Diaconus Cardinalis Sanctæ Lucie in Orphea is. Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum is. Ego Guido Diacon. Card. Sanctorum Cosmæ & Damiani is. Ego Guido Diaconus Cardinalis Sancti Adriani subscripsi. Ego Boetius Diaconus Cardinalis Sancti Viti subscripsi. Ego Vassallus Diaconus Cardinalis sancti Eustachii is.

Dat. die 7 Junii anno Domini 1136. Pontif. anno VII. leg. decima quarta.

Datum Pisis per manum Aymerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, VII. Idus Junii, Indictione decimatercia*, Incarnationis Dominicæ anno MCXXXVI. Pontificatus vero Domni Innocentii PP. II. anno VII.

Con-

XXXV.

Confirmatio Concordiæ, initæ inter Henricum Leuchorum Episcoporum & Fridericum Comitem Tullensem.

Ex Tom. XII. Concil.

Exordium.

Henrici Episcopi concordia cum Comite Friderico, coram Legato Apost. Sedis facta.

confirmatur.

De modo spirandi Comitum.

Perpetuum solum Comitibus.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Henrico Leuchorum Episcopo, ejusque successoribus canonicè promovendis, in perpetuum.

Statuta fratrum nostrorum sicut irratiōnabilia debemus ecclesiastica disciplina moderatione corrigere, ita nihilominus convenit eorum bene gesta firmare. Quamobrem, venerabilis frater Henrice Episcopo, pacem & concordiam, quæ post multas guerras & labores atque expensas inter te & nobilem virum Fridericum Comitem Tullensem, in præsentia venerabilium fratrum nostrorum Alcuini Episcopi sanctæ Rufinæ, tunc Apostolicæ Sedis Legati, Alberonis Treverensis Archiepiscopi, & Sustraganeorum suorum, Stephani videlicet Metensis, Alberonis Virdunensis Episcoporum, necnon aliorum nobilium Principum, videlicet Simonis Ducis, Adalaidis Ducis uxoris suæ, Rainaldi Barrensum Comitis, Gualteri de Cundricurte, Odonis de Melano, & Petri de Bressejo, Rutile in Treverensi parochia facta est, præsentis scripti paginam confirmamus, & futuris temporibus ratam manere decernimus; Ita scilicet ut de hospitalitate, seu consuetudine, quam præfatus Comes Fridericus in præbenda Fratrum Tullensis Ecclesiæ sibi usurpare contra justitiam nitebatur, nihil sibi deinceps ex debito audeat vindicare. Verumtamen, si prædictus Comes Visceriaci in præbenda Fratrum bis in anno cum septem vel decem militibus tantum hospitari voluerit, id ipsum ei minime negabitur; sed Fratres ejusdem loci sustinebunt, nec eum exinde molestant, si in domo fratrum hospitium suscipiat, si ministerialium administratione procurari voluerit, si nullam exactionem in eadem villa vel per se, vel per alios, fecerit. Cæterum, si ipse hoc transgredi vel violare præsumperit, jam dicti fratres id ipsum ab eo per justitiam exquirere possint. Præterea, si quando necesse fuerit, ut idem Comes a Decano vel Præposito postulaverit, in præbenda Fratrum semel in anno cum septem vel decem militibus tantum, tertium hospitium ei dabitur. Si vero necessitas ingruerit, & nec Decanum, nec Præpositum ad obtinendum hospitium habere poterit, hospitium ipsum per ministerialium manus accipiat, & servitium competens, quod ei exhibitum fuerit, cum gratiarum actione suscipiat. Quod si Comes aliter quam supra scriptum est, fecerit, & conventionem laudatam coram præfatis Episcopis atque Principibus violaverit, aut exactionem aliquam, vel violentiam in villis Fratrum supra dictorum exercuerit, si servitia susserentia Canonicorum antedicta, & eo modo, quo sunt determinata, per manus ministerialium non susceperit: hospitia, quæ non ex debito aut justitia, sed per susserentiam Fratrum accipiebat, prorsus amittat. Et hoc tamdiu stare poterit, quamdiu ipse amicitiam Fratribus debitam observaverit. Decernimus ergo, ut neque præfato Comiti, neque alicui hominum liceat,

te, vel successores tuos, seu Tullensem Ecclesiam, aut Canonicos, super hoc temerè infestare, aut aliquid ultra id, quod prædictum est, a te, vel ab ipsis exigere: sed potius ipse statuis eis hospitium contentus existat; & Tullensis Ecclesia, & Canonici ab ipsis infestatione de cætero liberi maneant, & quieti. Si quis autem hujus nostre confirmationis paginam sciens, contra eam venire tentaverit temerè, secundo tertiove communitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiat; & a sacratissimo Corpore & Sanguine D. N. Jesu Christi alienus fiat; Conservantes autem, omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli gratiam consequantur.

Data Pisis per manum Aymerici, S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, VII. Idus Junii, Indictione XIII. * Incarnationis Dominicæ anno MCXXXVI. Pontificatus Domni Innocentii Papæ secundi anno VI. *

XXXVI.

Confirmatio Sedis Patriarchalis in Gradu, usûs Pallii, & delationis Crucis ante Patriarcham.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Henrico Patriarchæ Gradeni, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Tunc Apostolicæ Sedi, & Romanis Pontificibus honor integer conservatur, si universis Ecclesiis collata dignitas custodiatur. Et quemadmodum nulli debemus ultro, quam meretur, favente gratia, impertiri: ita nemini, quod sui juris est, stimulante ambitu, convenit derogare. Quanto ergo majori prerogativa nosceris sublimatus, tanto propensius tibi noveris attendendum, ut corrigendis subditis plus possit apud te ratio quam potestas: & te boni dalem, & mali pium sentiant correctorem. Personam diligas, vitia persequaris, ne, si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, & perdas, quod emendari desideras; sicque vulnus debes abscondere, ut non possis ulcerare, quod sanum est; ne, si plusquam res exigit, ferrum imprefferis, noceas, cui prodesse festinas. Sed sic alterum conditur ex altero, quatenus & boni habeant amando, quod caveant: & mali metuendo, quod diligant. Quapropter, venerabilis frater Henrice Patriarchæ, tuis postulationibus clementer annuimus, & Gradensem Ecclesiam, cui auctore Deo præesse dignosceris, præsentis scripti patrocinio communitus. Igitur prædecessorum nostrorum, Pelagii, Alexandri, & Urbani II. auctoritatem sequentes, illius præcipue constitutionis tenorem servantes, quam prædecessor noster Leo IX. sanctissimus, & synodali judicio, & privilegii paginam confirmavit, tibi tuisque successoribus canonicè substituendis, & Patriarchalem concedimus dignitatem, & magistrum Graden. Ecclesiæ gerendum, in his tantum sibus confirmamus, qui per prædictos prædecessores eidem noscuntur Eccle-

Tullen. impo-

Solite clausula.

Dat. die 7 Junii anno Domini 1136. Pontif. anno VII. leg. XIV. leg. VII.

Ex Archiv. Patriarch. Venet. ex scriptum editum Ughell. Ital. Sac. Tom. I. ubi de Graden. Patriarchis.

Premium.

Adhoratio ad Henricum Patriarcham.

Cui Patriarchalis dignitas.

juxta Pontificum Romanorum Privilegia.

In insula Graden confirmatur.